



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De eodem. Cap. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

care, & cōferre adinuicē q̄ singuli interpretati, iuber,  
Et nūc vere deus glorificaſ, & ſcriptura ſancta, q̄ vere  
diuina fit, agnoscit. Omnes eī de eadē iſdē verbis, iſdē  
q̄ nominibus interpretati ſunt, ab initio uſq; ad finē,  
ita ut & ipſi qui aderant, gentiles agnoverent, quod  
Dei nutu tunc ſcripturæ interpretatæ ſunt. Nec mirū  
cum Hesdrām ſacerdotem inspirauerat deus ad repa-  
rationem Hebræorum voluminum, ſub captiuitate  
Nabugodonosor regis corruptorum.

HAYMO. CAP. VI.

**H**oc Irenæi testimonium ad reuerentiam diui-  
narum ſcripturarum poſuimus, licet quibusdā  
ecclesiasticis viris videatur Apocryphum, pro-  
eo maxime, quod Iosephus ſcriptor Hebræorum ni-  
hil tale affirmat, ſed in vna eadēque Basilica ſcribit  
eos pariter contuliffe. Quod & beatus Hieronymus  
in präfatione Pentateuchi cōtestatur. Sed iam ad nar-  
rationis ordinem reuertamur.

DE MIRACULO FACTO A

Christianis in exercitu Christiano-  
norum. Cap. VII

**I**gitur Antonini temporibus quibus tot mala illa-  
ta eſſe referūtur, Marcus Aurelius frater eius bella  
infert Sarmatis ac Germanis, cuius exercitus dum  
ſiti pericitatur, quidam milites Christiani qui aderāt,  
ſupplicant: quorum ſuppliacionibus & pluia large  
de cælo perfusa, reficit exercitū, & fulmina crebro co-  
rufcantia fugant eminus hostes. Narrant & hoc genti-  
lium historiæ, ſed quod hoc à nostris impetratum eſt,  
ſubricendo diſſimulant.